Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36903
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cum leena pepit catulum mortuum
eum generans custodit
tribus diebus donec ve
niens pater eius die tercio
sufflat in faciem eius et vivificat eum
Sic et deus omnipotens pater filium suum dominum
nostrum tercia die suscitavit a mortuis ut
iacob ante prophetabat Accubans requiescit
ut leo et sicud catulus leonis quis susci
tabit eum Senatura panthere etc
Est et animal quod dicitur
panthera vario quidem
colore sed speciosum nimis
et mansuetum valde Phi
siologus dicit quod inimicum
sit solis draconibus Cum come
deris consaciaverit se diversis
venacoibus recipit in speluncam
suam ponensque se dormit per triduum Surgens
autem a sopno statim emittit rugitum per altum
similque odorem nimie suavicius emittit cum
rugitu Ita ut odor istius modo precellat
omnia aromata et pigmenta Cum autem audierit
vocem eius omnes bestie que prope sunt vel longe

Forma panthere libet hic comitando videre
Sic xpi vita virtute placet polimita